





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
/



10

DISSERTATIO PHILOSOPHICO-
RHETORICA,
DE
INDOLE ORATIONVM
AD
CAPTVM VVLGI.

1742, 5.

R 540

QVAM
ANNVENTE SVMMO NVMINE,
ET
BENEVOLE CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM
ORDINE,

IN
PERANTIQA ET CELEBERRIMA PROPTER
VARNVM ACADEMIA,
AD D. XXII. SEPTEMBR. A. MDCCXLII,

PVBLCÆ CENSVRÆ SVBMITTVNT,

PRÆSES,
M. IOACH. HENR. PRIES,
ET RESPONDENS
LVDOV. ERICVS MELLMANN,
WISMAR.
SANCT. LITER. ET PHIL CVLTOR.

ROSTOCHII,
Typis IO. IACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



EX TRISECLISENE ACADEMIA, FOEDERE
HANSEATICO, ET COMMERCII
INCLVTÆ CIVITATIS ROSTOCHIENSIS

SAPIENTI
PATRVM CONSCRIPTORVM
CORONÆ,

*VIRIS MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,
PRÆNOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,
AMPLISSIMIS ET PRVDEN-
TISSIMIS*

**DNIS. CONSVLIBVS,
SYNDICO,
SENATORIBVS,
PROTONOTARIO
ET
SECRETARIO,**

QVOS

QVOS
FIDES IN SERENISSIMVM PRINCIPEM,
AMOR ERGA MVSAS,
MERITORVM GLORIA IN PATRIAM,
PATROCINIUM, QVO FRVVNTVR CLIENTES
CONSPICVOS, ILLVSTRES ET VENERABILES
REDDVNT,

DOMINIS MÆCENATIBVS,
PATRONIS, FAVORIBVS,
PROMOTORIBVSQVE

SVIS DEVOTA MENTE
COLENDIS,

TENVES HASCE PAGELLAS,

IN SVBMISSI

ANIMI TESTIMONIUM;

SACRAS ESSE CVPIIT:

EANDEMQUE IIS,
QVAM ANTE SEPTENNIVM, PRIMVM
STVDIORVM SPECIMEN :

DE
PHILIPPI MELANCHTHONIS

IN
ACADEMIAM ROSTOCHIENSEM

MERITIS

EXPERTVM EST, GRATIAM;

SIBI VERO

PATROCINIVM, BENEVOLENTIAM

ET

FAVOREM

TANTORVM MÆCENATVM,
PATRONORVM & FAVORVM,

EXPETIT AC POLLICETVR,

QVI

PATRIÆ PATRVM

SALVTEM AC INCOLVMITATEM,
FELICEM SAPIENTVM CONSILIORVM
SVCESSVM,

*PLACIDAM ET CANAM
SENECTVTEM,*

STABILEM PERENNANTEMQVE
FAMILIARVM FLOREM,

EX

FONTE SALVTIS

PIIS SVSPIRIIS EXOPTAT

PRÆSES.

INGRESSVS.



Breuis dissertatio longiori prae-
fatione huc indiget. Paucis
igitur ante monendus eris,
LECTOR BENEVOLE!
quam ad lectionem huius dis-
quisitionis accedis, ut eo faci-
lius de ea iudicare queas. Sum-
si mihi id in specie negotii, et commonstrem, ora-
tiones ad captum vulgi legibus accuratioris me-
thodi & artis oratoriae accommodari posse, imo
debere, nec aliis hic opus esse regulis, quam
quas praescripserunt institutionum oratoriarum
praeceptores. Quod institutum meum suo non ca-
rere fructu & utilitate eo firmitus persuasus sum,
quo magis id est practicum, & quo peruersiores
hic multi sibi formant conceptus. In quo negotio
vero ut rite procederem, opus erat accuratius in-
dagare, quando vulgus loquentem intelligere pos-
sit, quando minus, seu, ut termino recepto utar,
quid sit ad captum vulgi accommodatum, quid non.
Fieri illud haud poterat, nisi antea in indolem co-
gnitionis vulgaris penitus inquirerem, eamque
tam quoad res s. veritates, quibus ea occupatur,
quam quoad modum cognoscendi considerarem,
quae

quae tractatio principia Logica & Psychologica
requirebat. Hinc in tres partes tota dissertatio
se diuidit: prima, indolem cognitionis vulgaris
a S. 1 usque ad 27 sistit, secunda captum vulgi à
S. 27 ad S. 77 recenset, tertia denique requisita
orationis ad captum vulgi a S. 83 ad finem usque
tradit. In scholiis nonnullas deprehendes digres-
siones, quas, quoniam cum scopo conueniunt, in
materia sterili non prorsus iniucundas fore, haud
vane forsitan credidi. Tibi interim de toto
hoc meo labore iudicium defero, quod tamen vt
regulis aequitatis & humanitatis assimilare velis,
monere vix necessum duco, cum ad istud officii genus
per naturam iam iam obligatus sis. Quae dicen-
da supersunt, verbis D. AVGVSTINI Ep. VII
recensebo: „Ego fateor, me ex eorum numero
„esse conari, qui proficiendo scribunt, & scri-
„bendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incau-
„tius vel indoctius a me positum est, (quod non
„solum ab aliis, qui videre id possunt, merito
„reprehenditur: verum etiam a me ipso, quia
„& ego saltem postea videre debeo, si proficio)
„nec mirandum est, nec dolendum, sed potius
„ignoscendum & gratulandum, non quia er-
„ratum est, sed quia improbatum. Cete-
rum vale B. L., meisque qualibus-
cunque conatibus faue.

✻ (✻) ✻



§. I.

Cognitio, quatenus nobis repraesentat modo, quod fit vel fiat quidpiam, audit *vulgaris*, item *phoenomenorum*, item *historica*.

Sunt qui cognitionem vulgarem ab historica distingunt, vt speciem a genere. & per eam intelligunt cognitionem historicam minus circumspēctiorem. Sequor hic tamen Ill. WOLFIVM, ob rationes ex §. 3. Schol. I. concipiendas.

§. 2.

Experientia edocti nouimus, plurimam hominum partem sola cognitione vulgari esse instructam.

Causas istius rei me tradidisse memini, in *epistola quadam ad amicos*, sub ficto PHILOTIMI nomine 1740 emissa, vbi sub initium tractationis sequentia leguntur: „Den meisten Menschen fehlet es an Zeit und Gelegenheit, vielen aber an Lust, die natürliche Gabe zu denken gehbrig auszubessern. Sie bringen ihre Tage mit solchen Geschäften zu, die ihnen Mittel darreichen, den nöthigen Unterhalt

// zu erwerben. Diese sind so beschaffen, daß sie mehr durch
 // fleißige Ausübung, und Erwartung ähnlicher Fälle, als
 // durch scharfes Nachdenken und Überlegen gefasset wer-
 // // den. Der Verstand findet keine Gelegenheit sich wirk-
 // // sam zu erzeugen, er bleibt in seinen Schlacken liegen, und
 // // also der meiste Theil der Menschen an den Sinnen und der
 // // Einbildungskraft hängen. Einigen, die man Liebhaber
 // // Göttlicher und menschlicher Wahrheiten zu nennen pflegt,
 // // fehlt es zwar nicht an Mitteln, an Zeit und Gelegenheit
 // // die Finsterniß ihres Verstandes helks zu machen: allein
 // // auch diese erhalten oftmahl das Kleinod nicht, welches sie
 // // suchen. Ihre Beschäftigung bestehet darinn, das Ges-
 // // dächtniß mit allerhand Wahrheiten, die sie von ihren
 // // Lehrern auf Treu und Glauben annehmen, zu beschwe-
 // // ren. An der Ausbesserung des Verstandes wird nicht ge-
 // // dacht. Die Vorurtheile bleiben unbesiegt, und die Schup-
 // // pen vor ihren Augen. Daher kommts, daß sie bei dem
 // // hellstem Lichte, welches in den Wissenschaften angezünd-
 // // // det worden ist, blind sein.

§. 3.

Complexus hominum, qui sola cognitione vulgari in-
 structi sunt, dicitur *vulgus* (der gemeine Mann.)

Vulgum definitio per *complexum hominum*, quoniam terminus
 vulgi ad nomina collectiva pertinet, docente Grammatica.
 Studiose autem *solam cognitionem vulgarem* illi tribuo, vt hæc
 ratione a Philosofo & Mathematico, quippe qui etiam co-
 gnitione vulgari, sed non sola, gaudent, distingui queat.
 Vt definitionem contra accusationem: quod eam ingrediatur
 definitum, defendam, opus haud esse censeo, non enim feri-
 bo tironibus. Caeterum, definitionem hic trado generalem,
 quæ ad quæcumque vulgi speciem, tam docti quam indocti
 appli-

applicari potest. Illi circumspicior cognitio historica non est deneganda.

Solet vulgus alio adhuc respectu considerari, nimirum status externi, atque sic vulgus optimatibus in republica opponitur. Verum hanc notionem plane hic remoueo, tanquam scopo meo minus respondentem. Saepissime enim contingit, vt quispiam ratione status externi ad optimates sit referendus, cum tamen ratione cognitionis ad vulgum pertineat.

Optime mecum consentit GIBERTVS in der *Christl. Bedachtsamkeit*, libello isto egregio & nitidissimo, *Cap. XII. pag. 314. 315. vers. Kornrumpf.* scribens: „Wer in der „Bedachtsamkeit das Volk nennet, der nennet sehr viele Leute. Er nennet nicht nur diejenigen, so von schlechten Stande und Herkommen sind, und sich von Handwerken nähren müssen „ (loquitur hic GIBERTVS de eo, quod vt plurimum fieri solet. Non omnes enim, qui in operibus manuariis diligentiam suam collocant, aut rei agrariae nauant operam, ad vulgum pertinere, docent exempla recentissima IOH. VAL. WAGNERI, fabri ferrarii Smalcaldici, ex variis scriptis Philosophicis & inuentis Mechanicis notissimi, nec non rustici cuiusdam, PETRI IANSEN, de quo vid. die *Poesie der Niedersachsen Tom. VI. praef.*) Pergit GIBERTVS: „Er nennet auch zugleich alle andre mit, die nicht studiret haben (scilicet methodo genuina, non vero peruersa, ad quam classem pertinet doctum vulgus) und keine Wissenschaft besitzen. Kurz, alle Menschen, die entweder nicht gar zu viel Wis, oder keine gar zu grosse Einsicht in Sachen, oder eine nicht alluauaufgeklärte Vernunft haben &c. sind Volk.

S. 4.

Datur vulgus (S. 2. 3.)

A 2

S. 7.

§. 5.

Cognitio, quod res sint, duplex admittit principium, experientiam & rationem. Cum igitur vulgus istiusmodi cognitione, & quidem sola, gaudeat (§. 3.) dispiciendum mihi nunc erit: utrum cognitio vulgi ex utroque propullulet fonte, vtrum vero ex alterutro tantum, vel experientia, vel ratione?

Quod dentur irides & eclipses solis & lunae ex experientia discis: quod vero anima humana sit ens simplex, immortalis &c. non ex experientia, sed ex sola ratione cognoscis. Vides igitur, cognitionem vulgarem habere duplex illud principium.

§. 6.

Experientia est cognitio per sensum adquisita. Sensus autem nihil amplius nobis sistunt, quam quod res sint (*per induct.*) *Experientia* igitur nihil amplius cognoscimus, quam quod res sint.

§. 7.

Ratio est perspicientia nexus rerum. Quicumque igitur res per rationem cognoscit, non solum, quod res sint, sed simul earum nexum, s. rationem unius rei in altera cognoscit. Posterior cognitio dicitur *Philosophica*. Quicumque igitur res per rationem cognoscit, non solum cognitione vulgari, sed etiam *Philosophica* instructus est. Hinc, qui cognitione *Philosophica* destituitur, licet vel maxime vulgari polleat, res non cognoscit per rationem, sed per experientiam.

§. 8.

Vulgus sola cognitione vulgari instructus est (§. 3.)
E, *Philosophica* destituitur.

Veritas

Veritas asserti patet ex regulis, secundum quas propositiones exclusivae exponuntur. Caeterum, non nego: posse vulgum cognitione historica de cognitione Philosophica alterius gaudere, quemadmodum id in docto vulgo toto die observare licet.

Haec propositio quoque ex eo confirmatur: quoniam vulgus mentem suam nec perspicue explicare, nec asserta sua demonstrare, nec tandem contra obiectiones rite defendere valet, quae omnia in viribus istius, qui cognitione Philosophica pollet, sita sunt.

§. 9.

Cognitione Philosophica destitutus, multo magis habitu cognitionis Philosophicae destituetur. Habitus cognitionis Philosophicae & habitus demonstrandi coincidunt. Vulgus vero cognitione Philosophica (§. 8.) hinc etiam habitu demonstrandi destituitur.

§. 10.

Principium cognitionis vulgi est experientia (§. 6. 7. 8.)

Obiicit: vulgum etiam res ex revelatione cognoscere, sed dubium evanesceat, dummodo conferre tibi placuerit LEIBNITII *discursum de concordia rationis & fidei*, eius *Theodicaeae* praemissum §. 1.

Caue tamen, vulgo omnem plane rationis usum, etiam in inferiori gradu, omnemque perspicentiam nexus rerum, licet maxime confusam, deneges. Gaudet enim vulgus logica naturali, de qua §. 16. Concedendae porro sunt vulgo actiones liberae, quae attributum entis saltem rationalis sunt. Interim tamen dissimulandum non est, plurimas vulgi actiones ex analogo rationis concipi debere, & quamvis in nonnullis ex numero vulgi, praesertim iis, qui longiori rerum usu sapere didice-

runt, cogitationes rationales deprehendantur, rarius saltem id accidere, eosque in longe plurimis aliis casibus solam experientiam sequi.

§. II.

Experientia est principium cognitionis vulgi (§. 10.) ea vero est cognitio per sensum acquisita (§. 6.) quapropter vulgus cognitionem suam per sensum acquirit. Ob crebriorem repetitionem vulgus tandem repraesentationibus sensuum ita est affuetus, vt in iis acquiescat, omniaque secundum eas metiatur.

Sensibus externis mundum corporeum, interno vero mundum moralem, speciatim veritates Psychologiae empiricae cognoscit. Incaute saepius & erronee repraesentationes suas de mundo corporeo ad mundum moralem, quin etiam ad res extramundanas transfert. Prouoco ad Anthropomorphismum, cui vulgus haud raro indulget. Testimonium porro exhibent errores pictorum, in iis rebus effingendis, quae omnem sensum fugiunt, quorum catalogum dabunt FABRICIVS, ROHRIVS, HVLDRICVS PVLSNICENSIS, alii.

§. 12.

Sensu cognoscimus res existentes s. indiuidua & singularia (per princ. psychol.) vulgus in repraesentationibus sensuum acquiescit. (§. 11.) Quare vulgus repraesentationibus rerum existentium, indiuiduorum & singularium contentus est. Hinc singularia cognoscit.

Alia ratio ex §. 20. est desumenda, nimirum defectus abstractionis mentalis, cuius ope ad distinctam vniuersalem cognitionem peruenimus.

Non haec ita accipi volo, ac si vulgus omni prorsus vniuersalem cognitione destituatur, pluribus inductus rationibus.

I. Enim

1. Enim, cum vniuersalia existant in suis indiuiduis, & characteres vniuersalium inuoluti quasi, & sepulti iaceant sub determinationibus indiuidualibus, vulgo, qui singularia cognoscit, etiam vniuersalia aliquadantenus nosse datum est.

2. Omnis terminus, maxime categorematicus, rem vniuersalem denotat (*per induct.*) potest vero vulgus cum istiusmodi terminis linguae vernaculae cogitationes coniungere, hinc rem vniuersalem, termino denotatam, licet confuse, cognoscit.

3. Vulgo Ontologia naturalis denegari non potest. De qua vid. Cel. IOH. CHRIST. LANGII *Dissert. de doctrinae Metaphysicae natura, usu, pretio & cultu*, Giessae 1708, cuius summam tradit Cel. REVSCHIVS *Syst. Metaph. Proleg. §. 16. seqq.* Docto vulgo speciatim cognitio vniuersalium historica tribuenda est. Gaudere enim potest cognitione historica de philosophica alterius, haecce vero vniuersalia habet pro obiecto.

§. 13.

Repraesentationes sensuum sunt quidem clarae, sed confusae. (*per princ. Psychol.*) Iam, cum vulgus in istiusmodi repraesentationibus adquiescat: (§. 11.) Vulgus claris, licet confusis, repraesentationibus est contentus.

Obiter hic annotare liceat: Vulgum illuminationis esse capacem. Claritas enim idearum lumen animae constituit. (*per definit.*)

§. 14.

Vulgus non versatur in statu distinctarum notionum,

(§. 13.)

Cum nihil obstat, quo minus sola sensuum ope ideam distinctam indiuidui acquirere possimus, praesertim si illud saepius occurrat, & mox hoc mox illud in ipso obseruemus, nobisque sigilla.

figillatim repraesentemus: nec vulgo quoque ideas distinctas
 indiuiduorum, ipsi familiarium, denego. Hinc requisitum
 libertatis, intelligentia scilicet actionis, manet saluam.

§. 15.

Vulgus notionibus completis & adaequatis destituitur. (§. 14.)

§. 16.

Omnes homines gaudent Logica naturali, & connata & adquisita, licet vnus maiori gradu quam alter (*per princ. Log.*) hinc nec vulgo vtraque est deneganda, quamuis exiguus gradus tantum in eo deprehendatur.

§. 17.

Logicae artificialis docentis gnarus, distincte nosse debet regulas, secundum quas operationes mentis diriguntur in cognitione rerum. Vulgus non versatur in statu distinctarum notionum. (§. 14.) Hinc nec distincte nouit regulas, secundum quas mentis operationes diriguntur &c. adeoque Logicae artificialis est ignarus.

§. 18.

Vulgus repraesentationibus sensuum assuetus est. (§. 11.) Sensus, & quae per eos excitantur, imaginationes attentionem turbant (*per princip. Psych.*) Quare vulgus attentionis, si non omnino, saltem diuturnioris, & reflexionis est impatiens.

§. 19.

Experientia teste, inexpectati & insoliti quid, item omne quod placet, vulgi attentionem ad tempus prouocat.

Ex

Ex stimulo curiositatis omnium animis infixo, hoc phoenome-
non concipitur. Exemplum prioris praebet Cometa, poste-
rioris Comœdia.

§. 20.

Abstractio requirit comparationem obiectorum, quae
sine diuturniore attentione & reflexione obtineri nequit. (*per
princ. Log.*) Vulgus diuturnioris attentionis & reflexionis est
impatiens (§. 18.) E. vulgus artem abstrahendi non habet
in sua potestate.

Me abstractionem logicam & mentalem, in specie eam, ubi ab-
stractio a pluribus individuis instituitur, intelligere, ut mo-
neam, vix erit necesse.

§. 21.

Ingenium observat similitudines rerum (*per defm.*) quae,
si sunt abstruiores, sine diuturniore attentione & reflexione
obseruari nequeunt. (*per induct.*) Cum vero vulgus utrius-
que sit impatiens (§. 18.) vulgo gradum ingenii denegandum
esse, patet.

§. 22.

Habitu cognitionis Philosophicae s. habitu demonst-
randi instructus, incognitum ex cognitis deducere s. inuenire
potest veritates. (*per princ. Log.*) Vulgus destituitur habitu
demonstrandum (§. 9.) adeoque veritates inuenire minus valet.

§. 23.

Ratione exculta gaudet is, qui habitu demonstrandum pollet:
Vulgus habitu demonstrandum destituitur (§. 9.) hinc etiam
ratione exculta s. quod idem est: vulgus gaudet, ratione in-
exculta.

B

Non.

Nonnulli vulgum definiunt, per complexum hominum, qui rationem minus excoluerunt. De ratione naturalibus mediis exulta hic loquor. Datur praeterea medium supernaturale, illuminatio scilicet Spiritus S. per Scripturam S. de qua, pro scopi ratione, non loquor.

Excussae haecenus, quantum pro scopo satis est, indoli cognitionis vulgaris, addam responsum ad quaestionem: Vtrum cognitio vulgi vera sit, an erronea? ad quam eo libentius me accingo, quo certiore usum ab ea in sequentibus expecto.

§. 24.

Experientia est principium cognitionis vulgaris (§. 10.) ea vero principiis certis & indubiis annumeranda est. (per princ. Log.) quare etiam vulgi cogitationes, per experientiam acquisitae, erunt certae, hinc verae.

§. 25.

Experientiam rite formaturus, secundum regulas artis experiendi procedat, quae in Logica artificiali distincte traduntur. Cum vero is, qui regulas non adhibet, facile in errorem incidere possit (per exper.) etiam is, qui regulas artis experiendi distincte haud perspicit, eas minus adhibere, hinc facile in errorem in experiendo incidere potest.

§. 26.

Cum vulgus regulas, secundum quas operationes mentis in cognitione rerum, adeoque in formandis experienciis, dirigendae sunt, distincte haud perspicit (§. 17.) facile errorem in experiendo committere potest. (§. 25.) Hinc, quando vulgi cognitio sit erronea, patet.

Inter

Inter errores in experiundo eminent vitium subreptionis, a vulgo facile commissum, quod in pluribus vulgi erroribus deprehenditur. c. gr. Quando vulgus locis quibusdam, item temporibus, annis, mensibus, & diebus fatalitatem adscribit, quorsum spectant locutiones, quas in vita communi saepius audimus: Die Stelle will keinen leiden, item, ich wünſche, daß es in einer guten Stunde mag angefangen sein. Sunt, qui Rostochiensibus diem Sabbathi fatalem esse autumant, eo quod die Sabbathi 1677, urbs incendio deleta, & eodem die 1706 turris Nicolaitana vi procellae deiecta est &c. Sed vitium subreptionis hic adest manifestissimum. Fatalitatem non experitur, sed ex falso iudicio dictis rebus tribuit vulgus. Reſpectas porro ad influxum astrorum &c. Plura exempla huc pertinentia colligi possent, ex libello satis noto sub titulo: Die gestriegelte Rockenphilosophie. Alia taceo.

§. 27.

Intelligenter loquitur is, qui cum terminis, quos adhibet, cogitationes coniungit.

Potest loquens cum terminis suis coniunxisse cogitationes, quamvis termini adhibiti sint eiusmodi, ut non easdem cogitationes, vel plane nullas cum iisdem connectere queat audiens, ob impedimenta in ipso obuia, & a loquente non praecuidenda. Posterius quoniam non est in potestate loquentis, sufficit, si modo priori satisfecit. Hinc sermo & oratio distingui potest in intelligibilem in se spectatum, & relatiue talem,

§. 28.

Audiens intelligit loquentem, quando cum terminis eadem, quas loquens, coniungit cogitationes. Quod sine attentione ad terminos loquentis adhibita, fieri non potest, est manifestum.

Sic fateor, & credo alii fatebuntur, me non intelligere Fanaticum illum, cuius *carmen triumphale mysticum* exhibet *Pl. Reu. D. ZVR LINDEN in rat. med. Herm. §. 135. Schol. pag. 66. seqq.* Quid enim sibi vult: *fünff pap noch Apap, item Krux sicht im Kruxix, it. Weil Kehruff heisset als Rechten Kerux, als Fecht Kruxix.* Sic non intelligo, quid sit *perfechi habia*, quae ex narratione *BODINI*, fuit responsio *Diaboli*, ad questionem *HERMOLAI BARBARI*: quid per *Entelechiam* significare voluerit *ARISTOTELES*? Conf. tamen *BAILII Lexicon Histor. Criticum ex vers. GOTTSCHEDII Tom. I, art. Barbarus. N. pag. 450.*

§. 29.

Qui claras saltem cum terminis loquentis coniungit cogitationes, loquentem intelligit. (§. 28.)

§. 30.

Eas tantum cogitationes, quas mente gerimus, aut ad quas formandas sufficit cognitio, quam nobis de rebus, terminis indigitatis, acquisivimus, cum terminis loquentis coniungere possumus.

Hanc propositionem, tanquam experientiae conformem, hoc loco mihi assumere liceat:

§. 31.

Cum vulgi cogitationes ex cognitione vulgari determinantur. (§. 3.) Vulgus istiusmodi saltem cogitationes cum terminis loquentis coniungere potest, quibus formandis sufficit cognitio vulgaris. (§. 30.) Quales vero sint istae cogitationes, ex §§. 10. 11. 12. 13. perspicitur.

§. 32.

Quidnam generatim a vulgo intelligi possit, videri potest ex §§. 31. 28.

§. 33.

§. 33.

Vulgus singularia cognoscit (§. 12.) eaque clare (§. 13.) hinc loquentem de ideis singularibus intelligere potest. (§. 31. 29)

Suppono hic, & in sequentibus, vulgum eam callere linguam, quam adhibet loquens, & ea singularia, quibus vti-
tur loquens, vulgo esse cognita & perspecta.

§. 34.

Notio exemplaris est repraesentamen magis determinati pro minus determinato in mente.

Si e. gr notionem *Polyhistoris* formare cupis, & tibi repraesentaras LEIBNITIVM, si *Poëtae*, & MARTINVM OPITIVM a BOBERFELD mente tibi sistis, tunc formas Polyhistoris & Poëtae notionem exemplarem. Debeo hanc definitionem Cl. D. MAYERO, Mathematico hodie Gryphico, *Disput. de notionibus regulisque exemplaribus.* Viteb. 1737 habita.

§. 35.

Singularia sunt omnimode determinata, abstracta, & vniuersalia minus (*per princ. Ontolog.* quod si igitur singularia loco vniuersalium ponuntur, adeoque magis determinata pro minus determinatis repraesentantur, sistuntur eo ipso notiones exemplares (§. 34.)

§. 36.

Ope notionum exemplarium vulgo vniuersalia repraesentari possunt. (§§. 12. 13. 31. 34. 29.)

Conf. Cl. MAYERVS l. c. §. 7. p. 6. vbi demonstrat, per notiones exemplares cognitionem symbolicam reduci ad intuitum, easque in instituendis tironibus, hinc etiam vulgo, haud exigui usus esse.

§. 37.

Hypotyposis s. *descriptio oratoria* definiente Cel. REVSCHIO *ssst. Log.* §. 327. est circumducta paraphrasis, rem ad viuum repraesentans. *Ad viuum autem res repraesentatur*, quando ita repraesentatur, ac si res ipsa sensibus pateret.

Sic OPITIVS cantum alaudae ad viuum repraesentavit sequenti disticho:

„Die Lerche schreiet: Dir, dir, lieber Gott allein,
„Singt alle Welt, Dir, dir, dir will ich dankbar sein.“

§. 38.

Cum in hypotyposi sistatur repraesentatio viuida (§. 37) multum ea facit ad ingenerandas vulgo rerum ideas. (§. 11.)

Loquar verbis B. CORVINI *in inst. Phil. ratio.* §. 326. *Schol. I.* pag. 133. „Descriptiones, speciatim hypotyposes, sunt valde
„ utiles, praesertim, si cum hominibus nobis res est, sensibus & imaginationi adfuetis.

§. 39.

Judicium quodlibet ex experientia formatum, vocatur *intuitivum*.

§. 40.

Cum vulgus facultate iudicandi polleat (*per exper.*) & res per experientiam cognoscat (§. 10.) clare (§. 13.) Vulgus iudicia intuitiva, quae a loquente formantur, intelligere potest. (§. 29.)

Facilius hoc procedet, si idearum, ex quibus iudicium intuitivum componitur, hypotyposis sistatur.

41.

In quolibet ratiocinio & syllogismo duo sunt distinguenda:

guenda: materia eius & forma. Illa vel ex experientia vel ratione desumitur. Haec diiudicanda est ex legibus recte ratiocinandi (*per princ. Log.*)

§. 42.

Dianoëa polysyllogistica est catena ratiociniorum. Hinc quod §. 41. de ratiociniis dictum est, etiam de ea valet.

§. 43.

Vulgi principium cognoscendi est experientia (§. 10.) hinc etiam materiam ratiocinii, s. cogitationes ratiocinium ingredientiæ, si ex experientia desumuntur, in se excitare, adeoque loquentem istrusmodi ratiocinia formantem, quoad eorum materiam, intelligere potest. (§. 29.)

§. 44.

Vulgus Logicae artificialis ignarus est. (§. 17.) hinc formam ratiocinii, quod a loquente adhibetur, distincte quidem non perspicit (§. cit.) interim tamen, quoniam Logica naturalis & connata & acquisita illi denegari non potest. (§. 16.) clare etiam, licet confuse, perspicit formam ratiocinii. Quapropter vulgus loquentem ratiocinia formantem, quoad eorum formam, intelligere potest. (§. 29.)

Proponas homini ex infimo vulgo Syllogismos sequentes:

Q. Animal est leo

O. homo est animal,

O. homo est leo.

item: O. urens est ignis

Sol urit

Sol est ignis.

Statim animaduertet, priorem Syllogismum minus esse legitimum, posteriorem vero legitimum, licet quaesitus allegare nequeat regulas.

§. 45.

Cum iudicium discursuum s. dianoëticum per ratiocin-
um eliciatur (*per defn.*) quousque vulgus illud intelligere
possit, ex §. 43. 44. diiudicari potest.

§. 46.

Demonstratio a posteriori est demonstratio ex experientia.
Alios aliter eam definire, me non fugit.

§. 47.

Potest demonstratio a posteriori, tam quoad principia,
quam modum concludendi, a vulgo intelligi (§. 42. *sqq.*
Hoc tantum addendum est, eam non esse debere longiorem.
Vulgus enim diuturnioris attentionis est impatiens. (§. 18.)
sine attentione debita autem, demonstrationis vis & neruus,
ne quidem clare perspicitur.

Vides ex haecenus dictis, omnes cogitationum species a vulgo
posse intelligi. Interim haecenus dicta ex isto medio termino
sunt deducta : Quoniam vulgus res per sensus cognoscit.
Plures autem dantur veritates, vulgo cognitu necessariae,
quae tamen non cadunt sub sensus, in iis vero similia, meta-
phorae & allegoriae, item fabulae, illae in dogmatibus theore-
ticis, haec in practicis commendari solent; hinc sequentia sub-
iungo.

§. 48.

Similia sunt, quae habent identitatem s. conuenientiam
characterum. Quicumque igitur similia adhibet, indicat, quo-
modo una res cum altera conueniat. Hinc, si altera res est
cognita, altera incognita, per similia indicatur, quomodo
incognita cum cognitis conueniant.

Similia hoc loco tam late sumo, ut ea, quae comparatorum
nomine veniunt, simul comprehendam.

§. 49.

§. 49.

Similia illustrare, tam notum est, quam quod notissimum. *Id autem omne illustrat*, quod rei, quam ante obscure cognoscebamus, claram nobis ingenerat notionem.

Oratores similia & comparata ad classem argumentorum illustrantium referunt.

Definitio ꝛꝛ illustrare intelligitur, si modo significatus termini improprius euoluatur.

§. 50.

Metaphora est translatio vocis ab vna significatione ad alteram, propter similitudinem.

Differentiam metaphorae a simili docet Cel. GOTTSCHEDI-
VS. in *der ausführlichen Redekunst*, ꝛc. Part. 1. Cap.
XIII. §. XV.

§. 51.

Allegoria est metaphora continuata. In allegoria igitur continetur similitudo. (§. 50.)

§. 52.

Metaphorae & allegoriae illustrationis causa adhiberi possunt. (§. 49. 50. 51.)

§. 53.

Similia, metaphorae, & allegoriae duplici modo proponi possunt: vel 1. ita, vt non solum proponantur, verum etiam ea, in quibus cum rebus, per ea illustrandis, conueniunt, s. tertia comparationis, indicentur. Vel 2. ita, vt proponantur saltem, tertiis comparationis ommissis, vbi tertia comparationis ommissa, vel sunt euidencia, & sine multo negotio deteguntur, vel abstrusiora, gradum ingenii supponentia.

C

§. 54.

§. 54.

1. Priori in casu, praecedente §. adducto, similia, metaphorae & allegoriae illustrationis loco ad vulgum adhiberi possunt. Quod si enim, quod suppono (Conf. §. 33. Schol.) res, de quibus similia &c. desumuntur, sunt ex sensualium numero, vulgo cognitorum, is sibi potest in iis, ea, quae illustrationem postulant, clare repraesentare (§. 13. 49.) Intelligit igitur loquentem similia, metaphoras & allegorias adhibentem. (§. 29.)

2. Idem quoque valet, si tertia comparationis, ob evidentiam suam, sunt omissa. Cum enim vulgo ingenium plane denegari nequeat, (§. 21.) poterit etiam hoc in casu similitudines observare, adeoque rem per similitudinem illustrandam sibi repraesentare, hinc loquentem intelligere. A posteriori hoc confirmant plurima vulgi proverbia, in quibus latet similitudo.

3. Quod si vero tertia comparationis omissa sunt abstrusiora, & gradum ingenii supponunt, surdo narrabitur fabula. Cum enim hic similitudines ab audiente sint observandae, quod ope ingenii peragitur. (per defin.) Vulgi vero ingenium, ad similitudines abstrusiores observandas se non extendat. (§. 21.) Tantum abest, ut perscipiat, quid sibi velint similia, metaphorae & allegoriae a loquente adhibitae, ut potius notiones deceptrices sibi formet.

Exempla suppeditant locutiones metaphoricae LEIBNITII, quae a nonnullis praepostere intellectae, ansam dederunt plurimis controuersis. e. gr. *Monadēs esse specula vniuersi, animam esse automaton spirituale, dari rerum concatenationem* &c.

§. 55.

Historia est narratio factorum. Facta pertinent ad classē singularium. Hinc historia est narratio singularium.

§. 56.

§. 56.

Cum vulgus singularia cognoscat (§. 12.) clare (§. 13.) historia autem sit narratio singularium. (§. 55.) Vulgus loquentem, historias narrantem, intelligere potest. (§. 29.)

Fieri potest, ut istiusmodi narrentur historiae, quae, quoniam agunt de rebus v. c. exoticis, antiquioribus &c. non vulgo solum, sed etiam eruditissimo sunt obscurae. Sed de iis non loquor. (vid. Schol. ad §. 33.)

§. 57.

Fabula est historia ficta repraesentans dogma morale. In fabula igitur veritas moralis vniuersalis repraesentatur per singularia (§. 55. & def. dogm.) & quoniam historia repraesentare debet dogma morale, vtrumque inter se conuenire, hinc similitudo adesse debet. (per defm. repraesentat.)

Fabulam hic stricte sumo, eamque speciatim definitio, quae a celebri scriptore AEsOPICA vocatur.

§. 58.

In omni fabula duo distinguenda veniunt. 1.) Ipsa historia, & 2.) Dogma morale, (§. 57.) quod palmariam fabulae partem constituit.

CI. BREITINGERVS in der Critischen Dichtkunst, Cap. VII. Von der AEsopischen Fabel, pag. 169 ita: „ die Fabel stellet ihre Lehre nicht anders als verdeckt, unter einer ähnlichen symbolischen Erzählung vor, folglich hat eine jede Fabel zween wesentliche Haupttheile, aus welchen sie besteht; deren einer in die äußerliche Sinne fällt, und ganz sichtbar ist, der andre aber durch die Vergleichung und das Nachdenken entdeckt wird. Jenen, nemlich den sichtbaren Theil, können wir süglich den Körper

„Cörper der Fabel nennen, wie hingegen den unsichtbar
 „ren die Seele. Die Lehre ist also die Seele der
 „Fabel.

§. 59.

Fabula quoque duplici modo proponi potest, vel ita, vt 1. Historia, vna cum dogmate, per ipsam repraesentato, tradatur, vel 2. sola historia, omisso dogmate, indicetur, auditori vero relinquatur, vt ex historia ipse eruat dogma morale, in illa latens. Vbi duplex iterum exurgit casus: vel enim dogma morale est manifestum, & sine longa meditatione eruitur, vel non nisi accurata consideratione, attentione, & multo ingenio ex historia deducitur. Qua quidem ratione, cum sola historia auditori cognita, dogma morale vero adhuc incognitum sit, incognitum vero ex cognito deducere, inuenire dicatur, (*per def.*) dogma morale hoc pacto ab auditore erit inueniendum.

Solet uterque modus proponendi adhiberi. Priori dogma morale historiae vel anteponitur, prout in fabul's PHAEDRI conspiciamus, & sic vocatur *προπορευθεις*: vel postponitur, vti apud AESOPVM, & sic *επιπροειδεις* appellatur. Posterior vero priori solet praeferri, ne auditor iucundae inuestigationis, & propriae quasi inuentionis delectatione defraudetur. Mea hic ex parte facio verba D. de la MOTTE, apud Pl. Reuer. D. ZVR LINDEN *in rat. medit. hermeneut.* §. 434. *Schol.*

§. 60.

1. Fabula, quando vulgo ita proponitur, prout in casu priori §. 59. allato, dictum est, vulgo cognitu facilis est. Continet enim historiam (§. 58.) quam vulgus intelligit, simul ac ipsi narratur (§. 56.) & praeterea vniuersale quoddam

quoddam per singularia ipsi repraesentatur (§. 57.) quod cognitionem vulgi non transcendit (§. 12. *Schol.* 2. n. 1.).

2. Si dogma morale est manifestum, & sine longa meditatione eruitur, idem hic valet quod de similibus §. 54. n. 1. dictum est. In fabula enim deprehenditur similitudo (§. 57.).

3. Quod si vero res secus se habeat, vulgus quidem fabulam ex parte intelligit, quoad historiam scilicet (*per propof.* 1.) cum vero dogma morale, quod palmariam fabulae partem constituit (§. 58.) a vulgo sit inveniendum. (§. 59.) Vulgus autem artem inveniendi non habeat in sua potestate (§. 22.) Vulgus fabulam, quoad palmariam eius partem non intelligit.

Paret ex modo dictis, in quantum subscribere liceat verbis D. HIERONYMI *in cap. XVIII. Matth.* „Familiare Syris „est, & maxime Palacitinis, ad omnem sermonem suum jun- „gere parabolas, ut, quod per simplex praeceptum ab au- „ditoribus teneri non potest, per similitudinem exempla- „reaneatur. Conferri hic merentur Cel. HEVMANNI *acta Philosophar.* Tom. 1. pag. 231. §. 34.

§. 61.

Propositio illa, in qua varia orationis consentiunt, vocatur *Thema orationis*. Quae propositio si est simplex, *thema simplex*, si composita, *thema compositum* vocatur.

Nonnullis forsan minus congrue dictum videbitur, me *thema* orationis per propositionem definire, cum statuant, terminum quoque *thema* constituere, & praesertim hic ii se opponunt, qui *themata* rotunda commendant. Verum ii attente modo perlegant, quae Doct. Dom. auctor *des Grundrisses einer Lehrart ordentlich und erbaulich zu predigen*, Cap. IV. §. 7. 8. pag. 93. *seqq.* proposuit, & videbunt, in omni *themate* adesse debere *propositionem*, si non explici-

tam, saltem implicitam, nec themata rotunda admitti posse, nisi in iis lateat propositio.

§. 62.

Quo plura in re cognoscenda adsunt, ad eo plura attentio auditoris dirigenda est. Themata igitur composita magis distrahunt attentionem auditoris, quam simplicia.

§. 63.

Vulgus diuturnioris attentionis est impatiens (§. 18.) Hinc themata simplicia compositis vulgo sunt accommodatiora. (§. 62.)

§. 64.

Quod si cogitationem alicuius obiecti in nobis excitare volumus, istud negotium facilius procedet, si varia illa, ex quibus obiectum componitur, & ad quae adeo attentio dirigenda est, indicentur (*per exper.*)

§. 65.

Si vulgo varia, ex quibus oratio componitur, a loquente indicentur, novit, ad quae attentionem dirigere debeat, adeoque facilius cogitationem orationis in se excitare, hinc eam intelligere poterit (§. 64.)

Non omni fructu destituitur orationis divisio & subdiuisio, quamvis hic valeat notissimum illud: *Ne quid nimis.*

§. 66.

Cum vulgus diuturnioris attentionis sit impatiens (§. 18.) sine attentione autem vulgus loquentem minus intelligere queat, (§. 28.)

(§. 28.) ad vulgum loquenti studendum est, ne attentionem vulgi fatiget, remittentem vero intendat.

QUINCTILIANVS *instit. Orator. libr. VIII. cap. 2. edit. Obrecht pag. 454.* „ Id ipsum in consilio est habendum, non semper, ram esse acrem auditoris intentionem, vt obscuritatem apud, se discutiatur, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiae suae lumen; sed multis eam frequenter cogitationibus, auocari, nisi tam clara fuerint, quae dicemus, vt in animum, eius oratio, vt sol in oculos, etiam si non intendatur, occurrat. Quare non vt intelligere possit, sed ne omnia possit non intelligere, curandum, „

§. 67.

Attentio vulgi fatigatur, si oratio sit nimis longa (§. 18.) ad vulgum loquenti igitur breuitati studendum est, quantum fieri potest, & materia, de qua loquitur, admittit. Breuitas haecce mathematice determinari non potest, sed prudentiae loquentis est relinquenda.

§. 68.

Inexpectati quid, nec non omne quod placet, vulgi attentionem prouocat (§. 19.) potest igitur ad vulgum loquens, si talia orationi suae interferat, remittentem vulgi attentionem intendere.

Quenam sint ista, quibus auditoribus placemus, in scholis Rhetorum docetur. Nonnulla congescit Clar. FABRICIVS, apud Brunsvicensis Rector meritissimus, in *der Philosophischen Redekunst*, Part. I. §. 120. pag. 56. cum quo iungatur Cel. CANZIVS in *Oratoria toti scientiarum familiariae cognata* §. IIII. pag. 263. Ex iis, quae in praesenti opella iam commemorata sunt, & mox §. 71, indicabuntur, huc spectant :

§. Hypo

1. *Hypotyposes.* Non potest non enim auditori valde placere, quando accurata alicuius rei delineatio ipsi sistitur. Habet enim sensum perfectionis, quam Orator in ista descriptione ostendit.
2. *Similia.* Ratio hic eadem est, quae ad num. 1. Possuntque ea, eo felicius & frequentius adhiberi, quo certius est, omnes res sibi esse similes.
3. *Historiae & fabulae.* Placent eae auditoribus ob stimulum curiositatis, omnium hominum animis infixum, cui per narrationem historiarum & fabularum satisficit. Plura hic possem allegare testimonia, ex scriptis antiquiorum pariter ac recentiorum, de usu historiarum & fabularum. Notum est vulgatum illud SENECAE ep. 6. „ Longum iter est per praecipua, breue & efficax per exempla. „ De exemplis ex vita communi petitis, *Conf. III. WOLFIUS in den V. G. von der Menschen Thun und Lassen*, §. 167. De historia generatim summus LEIBNITIVS *Theod.* §. 148. p. 300. *edit. Richter.* ita: „ Der Hauptendzweck der Historie soll sein, daß sie die Klugheit durch Exempel lehren, und hienechst, daß sie die Laster auf eine solche Art vorstelle, wodurch man einen Abscheu davor bekomme, und bewogen werde, sie zu vermeiden. „ Adiungo iis POLYBIUM, sub initium sui operis, quo historiam suorum temporum enarravit, scribentem: „ quod nulla facilius sit *δοξωσις* s. reificationis, quam ex iis, quae olim gesta sunt; quod sit verissima disciplina ad prudentiam & actiones civiles; quod sola efficacissime doceat, aequo animo fortunam adversam ferre, dum, quid aliis euenerit, recordabitur. „ De historia ecclesiastica legatur BOSIVS, *orat. de H. E. nostro praefertim tempore diligentius colenda.* Quantum ad Philosophicam vid. HEVMANNVS, *Act. Philosoph.* Tom. I. pag. 37. seq. De fabularum insigni usu & efficacia in flecendis hominum animis, plurima exstant exempla Allegasse sufficiat NATHANEM Prophetam 2. Sam. XII, qui in oratione ad DAVIDEM,

DEM fabula quadam ingeniose conficta, finem suum egregie obtinebat. Confer hic B. REINBECKIVS, in *den Berrachungen über die A. C. Part. II. p. 136.* Aliud exemplum mihi suppeditat MENENIVS AGRIPPA, apud LIVIVM *histor. libr. II.* Plura desideranti dabunt, GERH. JOH. VOSSIVS *Comment. Rhetor. Part. II. p. m. 199. seqq.* PASCHIVS *de variis modis moralia tradendi p. m. 121. seqq.* BREITINGERVS *l. c. pag. 178. sqq.* BYDDEVS *disser. Φιλολογος Φιλολογος, Analect. histor. Philos. §. 4. 6. pag. 51. sqq.* Agnoui idem, qui primo inter omnes loco nominandus fuisse, summus noster LVTHERVS, qui de ÆSOPI fabulis non solum magnifice iudicavit, vid. PASCHIVS *l. c. pag. 165.* sed & nonnullas in Germanicum idioma transposuit. Conf. PASCHIVS *l. c. & eel. FABRICIVS, Hamburgensium quondam sidus, Centifol. Luther. part. I. pag. 195.*

4. *Methodus naturalis.* Potest enim auditor seriem cogitationum oratoris, coniectura quadam probabili assequi, quam dum actu assequitur, non potest non mirifice eo ipso delectari.

§. 69.

Eloquentia corporis omnem membrorum corporeorum motum, quo auditorum sensus afficiuntur iucunde, complectitur.

Vocatur ea alias *actio Oratoris*, a Graecis ὑποκρισις, honesto vocabuli, non improbo significato. Debeo hanc definitionem Cel. CANZIO *loc. cit. Part. II.* ubi de laudanda hypocrisis post CONRARTVM (cui vulgo tribui solet iste libellus, sub titulo: *de l' action d' Orateur*, qui Senae 1709, in Germanicum idioma translatus, prodit) egregie & nitidissime egit, §. 7. p. m. 281.

D

§. 70.

§. 70.

Eloquentia corporis pertinet ad ea, quae vulgo placent. (§. 69.) Hinc attentionem vulgi prouocat (§. 19) efficitque, vt vulgus loquentem eo facilius intelligere possit. (§. 28.)

Confirmant hoc testimonia CICERONIS & QVINCTILIANI apud cel. GOTTSCHEDIVM *l. c. Part. I. cap. XVII. §. 1. p. m. 346.* & CANZIVM *l. c. p. 283. sqq.* Quin imo DEMOSTHENES illi primas defert, vid. PLVTARCHVS *in vita Demosthenis*, & experientia quotidie id docet. Interim dolendum est, egregium hocce adminiculum, quo auditorum attentio subleuatur, non semper in potestate sua habere loquentem. Qui naturam expertus est fauricem, feliciter hic procedet. Effitendum tamen non est, artem in corrigenda natura etiam hic multum valere. Testis esse potest nobilissimum DEMOSTHENIS exemplum, quod PLVTARCHVS & LIBANIVS describunt, quodque omnibus imitandum commendo, qui naturam experti sunt nouercam,

§. 71.

Iste ordo, secundum quem veritates ita disponuntur, prout vna post alteram cognoscitur, vocatur *methodus naturalis, item rustica*. Ratio denominationis haec est, quoniam anima omnium hominum, hinc infimi quoque vulgi & rustici, hunc ordinem in cognoscendis rebus naturaliter seruat.

Legatur hic Ill. WOLFIVS *Metaph. Tom. II. §. 107. pag 181. sq.*

„ Man hat in den Wissenschaften und selbst im Erfinden
 „ keine andere Art zu denken, auch keine andre Maximen
 „ vomdchen, als alle gemeine Leute im gemeinen Leben
 „ in ähnlichen Fällen gebrauchen. &c.

§. 72.

Cum methodus naturalis sit etiam methodus, qua vulgus utitur in cognoscendis rebus, quippe qui eadem, cum eruditissimo quoque, natura animae gaudet (§. 71.) in methodo naturali, quam adhibet ad vulgum loquens, nihil invenitur, quod vulgo impervium esse queat, quin imo nulla alia methodo uti potest.

Quando methodum naturalem tanquam unicam, veram, & genuinam ad vulgum commendo, eam intelligo, qua oratores vruntur, & quae in nonnullis discedit a methodo Philosophica & rigorosa, licet in essentialibus vtraque conveniat. Sola ab Homileis accuratioribus ista methodus vocari *heroica*, nec non methodus LVThERI, quoniam eam oratoribus S. praescripsit, *vid. die Tischreden, pag. 194.* (verba Thavmasandri retuli in Programmate: *die Gelehrsamkeit als eine nöthige Eigenschaft eines geistlichen Redners &c. pag. 11. not. 13.*) & in orationibus S. ipse adhibuit. Conf. Cl. FABRICIVS in *der Philos. Redekunst, Part. I. lib. 3. p. 221.* qui, meo iudicio, methodum heroicam & LVThERI optime descripsit.

Quilibet animaduertet, inter meum assertum, & sententiam eorum: qui methodum Philosophicam & rigorosam ex orationibus ad vulgum proferunt, nullam adesse pugnam. Quod eum in finem monere volui, ne inanibus logomachiis occasum dedisse videar.

§. 73.

Termini recepti, vulgares, usui loquendi conformes, qui simul fixi & rite determinati sunt, a quolibet linguae gnaro, hinc etiam a vulgo intelligi possunt. (*per princ. Log.*)

§. 74.

Cum vulgus in statu notionum distinctarum, completarum & adaequatarum haud versetur (§. 14. 15.) Logicae artificialis ignarus (§. 17.) diuturnioris attentionis & reflexionis impatiens sit (§. 18.) artem abstrahendi & inveniendi non habeat in sua potestate (§. 20. 22.) gradu ingenii (§. 21.) & ratione excultata destituatur, (§. 23) vulgus omnia, quae modo memorata supponunt, minus intelligit. (§. 31.) Hinc veritates Philosophicae maxima ex parte, ab omnibus sensibus remotae, qua tales, nec per similia illustratae, definitiones secundum rigorem formatae, syllogismi quorum materia ex ratione desumitur, demonstrationes a priori, distinctas & adaequatas notiones supponentes; a vulgo minus intelliguntur.

§. 75.

Termini obsoleti, recens inuenti, vagi, indeterminati, contra usum loquendi impingentes, in se obscuri, aequiuoci, inanes &c. ne a Philosopho quidem, multo minus a vulgo intelliguntur.

§. 76.

Cum terminis technicis vulgus indoctum nullam plane coniungere posse cogitationem, doctum vero claram saltem, est in aprico. Hinc vulgus indoctum terminos technicos minus intelligit. (§. 28.)

§. 77.

Oratorem certum finem sibi habere praefixum, nimirum persuasionem & commotionem auditoris, ex Oratoria neminem latere potest.

§. 78.

Orator fini suo legitima media ut subordinet, obligatur per leges sapientiae

Legatur hic Cel. CANZIVS, *l. c. Part. I. §. 15. pag. 6.*

§. 79.

Inter media, quibus Orator finem suum obtinere intendit, praecipuum est, orationem suam ita vt construat, quo ab omnibus auditoribus intelligi queat.

CANZIVS *l. c. Part. I. §. 1126. pag. 266.*

§. 80.

Saepeissime Orator ad vulgum loqui debet.

Qui ea, quae Schol. ad §. 2. adduxi, pensitauerit, cum GISBERTO *l. c. pag. 315.* pronunciabit: „Wie viel Volk bei, findet sich nicht zuweilen in den alleredelsten und herrlichsten Hörsälen?“

§. 81.

Oratio ita concinnata, vt a vulgo intelligi queat, dicitur *oratio ad captum vulgi.*

Captus vulgi quandoque pro ipsis vulgi cogitationibus, quas sibi de rebus format, sumitur. Hic significatus obtinet in nouissima quaestione: *An scriptura S. ad captum vulgi loquatur erroneum?* quae a nonnullis Anti-scripturariis, & qui systema Copernicanum incaute satis cum Scriptura S. conciliare voluerunt, affirmata est. Hanc acceptionem meae definitioni non repugnare, docet §. 30.

§. 82.

Curandum est oratori, vt vulgus ipsum intelligat, s. orator vulgi captui se accommodet. (§. 79. 80. 81.)

D 3

GISBER-

GISBERTVS l. c. p. 306. hanc regulam ita enunciat: „ Das
 „ Volk ist nicht gehalten sich bis an den Dredner zu erhe-
 „ ben, sondern der Dredner ist verbunden, sich bis an das
 „ Volk hernieder zu lassen „ Neminem, credo, haec offendet
 regula. Non aliam enim accommodationem ad esprum vulgi
 hic intelligo, nisi in quantum is verus est. Conf. §. 24. Pos-
 sem hic allegare nubem testium, qui huius regulae veritatem
 agnouerunt, sed in re manifestissima superfluum est.

§. 83.

Orator istiusmodi in oratione sua ad vulgum adhibens,
 quae ab ipso intelligi nequeunt, vulgi captui se non accom-
 modat (§. 81, 82.) Hinc quatenam in orationibus ad ca-
 ptum vulgi sint negligenda, ex §. 54. n. 3. 60. n. 3. 74. 75.
 76. 77. intelligitur.

§. 84.

Quaecunque efficiunt, vt vulgus oratorem intelligere
 possit, illa in oratione ad captum vulgi sunt adhibenda
 (§. 81.) Ea vero ex §§. 33. 36. 38. 40. 43. 44. 45. 47. 54. n. 1.
 2. 56. 60. n. 2. 3. 63. 65. 67. 68. 70. 72. 73. sunt manifesta.

Nolui ista huc transcribere, ne beneuolo lectori taedium cre-
 em. Persecutus sum ea, quae ad inuentionem, dispositio-
 nem, elocutionem & pronunciationem spectant, adeoque
 omnia, quae ab oratore obseruanda sunt, quantum potui,
 pertractaui. Superest adhuc, vt quae generalius hic a me
 dicta sunt, speciatim applicarem ad orationes S. Sed quoniam
 ista applicatio facili negotio institui potest, isti supersedere
 mihi liceat. Interim tamen, vt pateat haec dicta etiam sa-
 cris veritatibus accommoda esse, breuibus monstrabo,
 ipsum Spiritum S. in scriptura S. omnibus cum hominibus,
 inter quos maxima pars vulgum constituit (§. 2. 3.) loquen-
 tem, omnia ista adhibere, quae ceu requisita ad orationes
 vulgi

vulgi captui accommodas, ex ipsa indole cognitionis vulgaris deduxi. Attentus scripturae S. lector inueniet, Spiritum S. in proponendis veritatibus coelestibus, nullibi notiones distinctas & adaequatas, principia rationis excultae, & quae a nemine nisi a Philosopho cognoscuntur, in lectore supponere. nec quae proponit, longo ratiociniorum apparatu deducere. Homo sola cognitione vulgari instructus, ad eam intelligendam sufficit, & vt breuibus omnia comprehendam: fugit Spiritus S. methodum, qua in proponendis veritatibus vtiuntur Philosophi. Plura hic dabunt, qui ex neglecta in Scriptura S. methodo demonstratiua, specimen sapientiae diuinae eruerunt. Inuenimus porro in scriptura S. frequentia similia, genus loquendi metaphoricum & allegoricum, quod ipse Spiritus Sanctus vel expresse explicauit, vel ad quod explicandum sufficientia data suppeditauit. Legatur modo liber IOBI, legantur scripta Prophetarum & Apostolorum, in specie SALOMON S, vbique nobis se sinit insignis similitum multitudo, quorum summam maiestatem cum simplicitate coniunctam, omnes admirari decet. Conf. Cel. CAMP. VITRINGA obseru. S. libr. V. pag. m. 480. MOSHEMIUS, Theologus supra meam laudem positus, in den heil. Reden, Tom. II. edit. Hamb. 1736. pag. 410. 421. LASSENIUS in den heil. Metaph. pag. m. 438. Adfunt porro in scriptura sacra ἀβροτοπαθεῖαι, quibus DEVS infinita sua attributa sub similitudine quadam exprimit. Adfunt typi, qui ob similitudinem suam, ex decreto & intentione Diuina, res futuras populo Iudaico in V. T. adumbrarunt. Occurrit porro ingens historiae numerus, sub quibus nobis omnia fere, eaque palmaria, religionis Christianae dogmata proponuntur. Conf. Ioh. XX. 31. Rom. XV. 4. Ex omnibus hactenus allatis in summam contractis, perspicere licet euentissimum argumentum συγκαταβασις diuinae ad infirmitatem humanam, de qua fufius egit B. RAMBACHIVS dissert. qua hypothesis de scriptura S. ad erroneos vulgi conceptus accommodata, modeste

Ec. Sæc. II. S. 1. pag. 43. seqq. Quid tandem de IESU CHRISTO, dulcissimo nostro Seruatore, ceu sine exemplo doctore, dicemus? nonne in eius orationibus ad populum, insignem apparatus omnium eorum, quae ab Oratore ad vulgum locuturo, requisitui, offendimus? Sistent se nobis in eius orationibus notiones & regulae exemplares, frequentia similia &c. Legatur e. gr. *concio montana* Matth. V. seqq. Asserta sua non longo ratiociniorum apparatu, sed miraculis demonstrabat, Conf. GIBERTVS l. c. p. 275, vel si demonstrabat, principia auditoribus nota supponebat. *Legatur demonstratio eius, de immortalitate animae, & resurrectione carnis, contra Sadducaeos.* Admiramur eius eloquentiam corporis admirabilem. Conf. *der Grundriß einer Lehrart ordentlich* &c. Cap. II, pag. 39. Adhibuit coelestis huius doctor imprimis allegorias & parabolas s. fabulas s. Plurimas ob causas id factum esse, docent viri Theologi & Philologi, inter quas non postrema haec est; quoniam maxima pars auditorum, ad quos verba faciebat, ex numero vulgi erat. Vid. Matth. XIII. 13. Conf. auctores a Vener. RAMBACHIO in *Inst. Hermen.* & a Celeb. RECHENBERGIO *Hierolexico reali voce: parabola*, hac de materia citati. Oppositam rationem allegant LOCKIUS, LAMPIUS, & recentius vir quidam doctissimus, *in dem Grundriß einer Lehrart ordentlich und erbaulich zu predigen* pag. 112. - 332. Conf. tamen pag. 321. ubi aliter censere viderur. Putant: Christum studio allegorias & parabolas adhibuisse, eum in finem, vt mysteria regni coelestis occultaret. Sed contrarium euincunt sequentia.

1. Christus, plurimis a se usurpatis allegoriis & parabolis, claram interpretationem addidit. Conf. Luc. VIII. 11. seqq. X. 37. Alia iam omitto exempla.
2. Nonnullas equidem non fuit interpretatus Seruator dulcissimus, sed sensus eorum auditoribus erat euident. Conf. Luc. XX. 19. quod nec ipse LOCKIUS & LAMPIUS diffiteri possunt.
3. Non.

3. Nonnunquam Christus, quando obseruabat, auditores orationem suam allegorico - parabolicam minus intelligere, noua quadam, eaque clariori, mentem suam explicauit. Testis esse potest locus Ioh. X. 6. seqq.

4. Occurrunt quidem parabolae, quae nobis videntur obscuriores, & de quarum sensu interno disputant interpretes e. gr. Matth. XX. 1. seqq. interim tamen concludere haud licet: ea, quae nobis obscuriora sunt, etiam auditoribus, ad quos locutus est Christus, minus fuisse euidentia. Potuerunt enim ex occasione ad parabolam, & aliis circumstantiis mentem seruatoris perspicere.

5. Concedo, ex accidenti euenisse interdum, vt nonnullis nucleus & medulla parabolae manserit absconditus, parabolam. que quidem audierint, sed non intellexerint. Verum hoc ipsorum audientium culpa, non vero ex intentione Christi parabolizantis accidebat, quod Christus ipse fateretur Matth. XIII. 11. 12. 13. Confer. aurea GLASSII *Philologia S. libr. II. Part. I. Tract. II. Sect. V.*

Optimum igitur sane exemplum sibi & aliis imitandum proponunt, qui haec in re seruatoris dulcissimi vestigia sequi cupiunt. Non possum non, quin hic excitem S. Vener. Abbatem MOSHEMIVM, cuius verba *l. c. Tom. IV. p. m. 24. 25.* ita fluunt: „Jesus siehet und erkennet so gleich die falsche und irrige Meinung dieses Volks,“ (nempe populi, qui surdum & mutum adduxerat. Confer. Marc. VII. 32.) „von ihm. Er beschliesset dieselbige nicht mit Worten, sondern mit der That und durch unfehlbare Zeichen zu wiederlegen. Wozu würde es gedienet haben, diese Leute durch eine Rede zu unterrichten, die von schwachem Verstande waren und keinen weitläufigen Beweis vertragen konnten? Es war besser und ihren natürlichen Eigenschaften gemässer, durch äusserliche Werke in ihr Unwendiges zu dringen, und durch die Sinnen ihren Verstand

// stand zu überzeugen. Die meisten Menschen, die zum
 // Himmelreiche geführt werden sollen, sind noch jetzt von
 // dieser Art. Es ist umsonst daß wir ihrem Verstande
 // predigen; Sie hören und vernehmen nicht. Wir sind
 // genöthiget, nach dem Fürbilde Jesu und seiner Zeugen,
 // ihre Sinnen und Einbildung zu rühren, um durch diese
 // an ihren Verstand und Herz zu kommen. O! Knechte
 // Jesu, die ihr an den Seelen der niedrigen und gemei-
 // nen Welt arbeitet, lernet dieses von eurem Erlöser.
 // Eure sonst weisen und richtigen Schlüsse, eure gründli-
 // chen Beweissthümer, die an andern Orten viel ausrichten
 // können, lassen kaum, kaum einige Fußstapfen in dem
 // Gehirne dererjenigen zurücke, die durch einen stetigen Um-
 // gang mit sichtbaren Dingen, durch eine immerwährende
 // Handarbeit, durch allerhand Weltgeschäften die
 // Kräfte ihres Verstandes unterdrücket und gedämpft ha-
 // ben. Man muß den Himmel durch die Welt, das Un-
 // sichtbare durch das Sichtbare, die Ewigkeit durch die
 // Zeit solchen Gemüthern bekannt zu machen suchen. // Con-
 // sentir GISBERTVS l. c. pag. 323. scribens: // Es hat sich
 // noch niemahls ein so beredter Mund aufgethan, als der
 // Mund des Sohnes Gottes. Daher hatten alle, so
 // ihn hörten, allerdings höchste Ursache auszurufen: Nie-
 // mahls hat noch ein Mensch also geredet. Nun von
 // diesen Meister müssen wir die Kunst lernen, die edelste
 // allgemeine deutsche Art mit der allermajestätischen Ein-
 // falt zu verbinden.

§. 85.

Quaedam requisita orationum ad captum vulgi minus
 legitima, quae a nonnullis praescribi solent, paucis adhuc
 refutabo, nonnulla vero iniuste accusata, defendam.

§. 86.

§. 86.

Istiusmodi cogitationes, quae auditoribus placent, fo-
lent *ornatus* nomine venire, CANZIVS *l. c. Part. I. §. 876.*
pag. 215. Iam cum oratio ad vulgum istiusmodi cogitationes
requirat. (§. 68) Ornatus quoque in orationibus ad vul-
gum est adhibendus. Falluntur igitur ii, qui genus dicen-
di sterile & horridum in docendo vulgo adhibent.

Suffragatur meae sententiae QVINCTILIANVS *l. c. pag. 455.*
Cultu atque ornatu se quoque commendat ipse qui dicit, „
& in coeteris iudicium doctorum, in hoc vero etiam popu- „
larem laudem petit. Et paucis interiectis pergit: sed ne „
causae quidem parum confert idem hic orationis ornatus, „
Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius „
credunt; plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnan „
quam admiratione auferuntur.

§. 87.

Ex 71. concipitur, ordinem cogitationum in orationibus
ad captum vulgi locum inuenire, & si iungatur definitio so-
lilitatis, euidens est, vulgo veritates solide posse proponi. Hinc
qui in ista versantur opinione, quemlibet inordinatum dis-
cursum, chao simillimum, vulgo sufficere, aut qui in excu-
satione: se loqui ad vulgum, ignorantiae & ignaviae praesi-
dium quaerunt, erroris facile conuinci possunt.

Istiusmodi homuncionibus, quos debite perstringit Gottlieb
Richter in den freimüthigen und unparteiischen Ges-
danken, was von den so genannten einfältigen Pres-
digten zu halten sei? Freiburg 1720, commendo aure-
um illud Siracidis Cap. XVIII. 19. *πρηνή λαλῆσαι μάταια.*

§. 88.

Locutiones plebeiae, abiectae, prouerbiales, prouinciales sunt vitia in stilo. (*per princ. Orator.*) Hinc in orationibus ad vulgum non sunt admittendae.

Cum plurimis vulgus connectere solet istiusmodi ideas accessorias, quae facile risui praebent occasionem. Risum autem excitare histrionum & circumforaneorum magis est, quam viri grauis & honesti, qualis orator sit necesse est.

§. 89.

Vir quidam eruditus, ex cuius egregiis scriptis multum me profecisse profiteor, oratoribus S. ad vulgum locutaris frequentem regulam D. AVGVSTINI, quam *libr. IV. de doctr. Christ. n. 25.* tradit, commendat: „ Vbi omnes tacent, ut au-
 „ diatur vnus & in eum intenta ora conuertunt, ibi vt re-
 „ quirat quisque quod non intellexerit, nec moris est, nec
 „ decoris, ac per hoc debet maxime tacenti subuenire cura
 „ dicentis. Solet autem motu significare, utrum intellexe-
 „ rit cognoscendi auida multitudo. Quod donec significet,
 „ versandum est, quod agitur, multimoda varietate dicen-
 „ di: quod in potestate sua non habent, qui praeparata, &
 „ ad verbum memoriter retenta pronunciant.

§. 90.

Sequentes rationes praecedenti regulae AVGVSTINI mihi obstat videntur.

1. Enim, est eiusmodi, vt non ab omnibus ad vulgum locutaris obseruari queat. *Multimoda varietas dicendi quam in potestate non habent, qui praeparata, & ad verbum Sc.* scilicet, non nisi a viris exercitatissimis & magna ingenii vi pollutibus expectari potest, quod, quia quilibet concessurum esse credo, demonstrare superfedeo.

2. Obstat

2. Obstat nostrorum temporum conditio. Verba: *motu suo significare solet, utrum intellexerit cognoscendi avida multitudo, respiciunt ad notissimum morem in ecclesia antiquiore, quo faustae concionanti ab audiente populo fiebant acclamationes, & plausus manuum publici, praeter alias, etiam eam ob causam, ut declararet, se perorantem intellexisse. Verum hic mos sapienti consilio ab ecclesia abrogatus est.*

De hoc more post BERNH. FERRARIUM *de veterum acclamationibus* lib. V. cap. 1. 2. vid. B. HILDEBRANDVS *de concionibus veterum* Cap. III. §. 31. pag. 57. qui haec AVGVSTINI verba de applausu auditorum interpretatur, BINGHAMVS *in origin. eccles. ex vers.* GRISCHOVII Vol. 6. pag. 187. seqq. CONR. SAM. SCVRTZFLEISCH *in controuv. & quaest. insignior. antiquitatum ecclesiasticarum*, quae cura & studio Cel. WALCH I prodierunt, Lips. 1733. Conf. Cel. ROLLINI *Umröpfung, wie man die freien Künste &c.* Tom. IV. pag. 363.

§. 91.

Cum cognitio vulgaris constituat infimum omnīs humanae cognitionis gradum (*per princ. Log.*) is, qui orationem suam ita concinnat, prout in antecedentibus praescripti, non a vulgō solum verum etiam a Philosopho & Mathematico, adeoque cum non dentur plures cognitionis humanae gradus, ab omnibus hominibus potest intelligi.

§. 92.

Ex §. praecedente formari potest notio de eo, quid oratores per se omnibus perspicuum *das allgemein deutliche, für jedermann verständliche* innuere velint.

Possum ex modo dictis praestantiam & summam utilitatem istarum regularum, quas §. 83. 84. recensui, deducere, cum, quae

E 2

itas

istas adhibet, semper certus esse queat, se finem, quem per orationem intendit, & quantum in suis viribus positum est, obtenturum esse. Notum est, primam regulam, quam quilibet orator sibi dictam reputare debet, hanc esse: ut auditorii, ad quod loquitur, statum, sibi cognitum reddat perspectumque. Finge vero casum, Oratori impossibile esse huic legi facere satis, nihilominus tamen officio suo bene fungetur, si leges, quibus orationes ad vulgum attemperari debent, observauerit, nullo enim casu, intento per orationem fructu, si non apud omnes, saltem maximam auditorum suorum partem, defraudabitur. Verissime enim (confer. Schol. ad §. 27.) pronunciauit GISBERTVS l. c. pag. 323. // Ich halte dafür, daß niemand sein Lebtag das Glück haben werde, vollkommen // allgemein deutlich zu reden.

Quid sit *methodus popularis* item *stilus popularis*, & quomodo hic differat ab abiecto (*niederrächigen oder pöbelhaftigen*) ex §§. 72. 73. 87. 88. iudicari potest, quare de iis nihil subiungo.

§. 93.

Ex haecenus fufius demonstratis, in specie ex §§. 83. 84. 85. 86. *seqq.* indoles orationum ad captum vulgi perspicitur, poteritque adeo problema: *Quibus legibus orationes ad captum vulgi conformari debeant?* rite resolui. Hoc erat praesentis laboris scopus, quem dum pro modulo virium mearum consecutus sum, vela iam contraho, nihil ulterius praeter illud ex toto animo addens:

SOLI DEO GLORIA.

POSI-

POSITIONES IN FVGAM VACVI
ADDITÆ.

I.

Potest notio rei completa & determinata, seu definitio, vno termino monstrari, quamuis paucissima adsint specimina.

2.

Scopum B. KOENIGII non attendunt, qui eius definitiones in *Comp. Theol. Posit.* ex ea ratione accusant, quod sint iusto longiores.

3.

Quinta figura Syllogistica aequè est impossibilis, ac quartum Systema explicandi commercium inter animam & corpus.

4.

Rectissima est eorum sententia, qui praxin hermenevticam pro difficillimo omnium labore venditant.

5.

Accurata versio accuratam interpretationem praerequirit.

6.

Mundus fabulosus, mundi praesentis corpora totalia, praeter tellurem existentia, & mundi

mundi mere possibiles probe distingui
debent

7.

Nullius vsus in Cosmologia est ista definitio
mundi : quod sit Syttema rerum , quae
praeter DEVM existunt.

8.

Qui negant : Praeter mundum existentem
plures adhuc dari mundos possibiles,
contingentiam quoque praesentis mun-
di in dubium vocare debent.

9.

Propositiones : DEVS omnes mundos possi-
biles sibi repraesentat, & : DEVS omnia
possibilia sibi repraesentat , maxime dif-
ferunt.

10,

Diuisio mundi in corporeum & pnevmati-
cum minus est accurata.

11.

In historia dogmatis : de mundo optimo
praecipuum locum meretur ALFONS.
ANT. de SARASA.

12.

Ecclesiastes SALOMONIS pro scopo habet
artem semper gaudendi.

✻ (✻) ✻

ULB Halle
003 856 674

3







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIO PHILOSOPHICO-
RHETORICA,
DE
DOLE ORATIONVM
AD
CAPTVM VVLGI.

1742, 5.

QVAM
INNVENTE SVMMO NVMINE,
ET
VOLE CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM
ORDINE,

IN
PERANTIQVA ET CELEBERRIMA PROPTER
VARNVM ACADEMIA,
AD D. XXII. SEPTEMBR. A. MDCCXLII,

PUBLICÆ CENSURÆ SVBMITTVNT,

PRÆSES,
IOACH. HENR. PRIES,
ET RESPONDENS

DOV. ERICVS MELLMANN,
WISMAR.

SANCT. LITER. ET PHIL CVLTOR.

ROSTOCHII,
IO. IACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

